Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De principio saeculi et interregnis gentium et fine saeculorum

https://hdl.handle.net/1874/329061

Voluntas in concupiscentiam carnis ⁊ in concupiscentiam oculorum: et ambitionem seculi. Est trinitas per quam resurrexit fides. spes. caritas. Que etiam trimembres habent subdivisiones. Est enim fides preceptorum ⁊ signorum: promissorum. Est ⁊ spes venie: gratie et glorie. Est etiam et caritas. de corde puro: de conscientia bona: de fide non ficta.

Finito libro reddatur cena magistro amen.

In nomine christi incipit liber methodii episcopi ecclesie paterensis et martyris christi quem de hebreo et greco in latino transferre curavit. i. de principio seculi et inter regna gentium et fine seculorum. Quem illustrissimus vir beatus ieronimus in suis opusculis collaudat.

Incipit methodius.

Sciendum namque nobis est fratres karissimi quomodo in principio deus creavit celum et terram et per ipsum omnia creata sunt. et quomodo fecit deus hominem et adiutorem similem sibi. et posuit eos in paradiso et vocavit nomina eorum adam et evam. Qui serpentino dolo decepti. eiecti sunt virgines de paradiso. Anno autem tricesimo postquam eiecti sunt de paradiso. genuerunt chaim primogenitum et sororem eius deboram. Anno centesimo vite ade: occidit cain abel fratrem suum. et posuit manum super eum. Anno autem trecentesimo et tricesimo vite ade: primo miliario seculi: natus est ei filius. nomine seth ad eius similitudinem. vir gigas et magnus. Postea peperit adam et eva filios. et filias. Anno autem septingentesimo vite ade: ceperunt filii cain abuti uxores fratrum suorum in fornicationibus nimiis. Octingentesimo autem anno vite ade: dilatate sunt super terram fornicationes et immunditie a filiis cayn. Anno autem nongentesimo et tricesimo mortuus est adam et sepultus est in ebron primo miliario seculi. Tunc divise sunt cognationes. Seth a generatione

cain abstulit suam generacio
nem contra orientem in quendam mon
tem. qui erat proximus paradiso. Habi
tauit quoque cain et eius cognatio ubi nefan
dum fratricidium perpetrauit. i. in
india in eodem loco deliciarum. ubi
ipse primus cain condidit ciuitatem.
cui uocabulum imposuit effrem.
et ipsa prima facta est ante dilu
uium. Quadragesimo autem anno
post iharet in secundo milliario seculi. fue
runt uiri malefici et artis pessime
inuentores de filiis cain. et immun
dicie et spurticie. idest obal. et tobal. nota
filii lamech ceci. qui primus fuit cecus. qui inter
fecit cain. Isti inuenerunt opera ferri.
et eris et auri et argenti mollendi i. fabricandi
et ipsi primitus adinuenerunt omnes ar
tes musicas. Post annos autem septua
ginta uite iaret secundo milliario seculi.
cepit multa malicia crescere super
terram. quod a nobis est negligenda sit et
non credenda. Tunc concupierunt filii
dei filias hominum. Iratus est dominus deus
et dolore cordis tactus. dixit. Penitet
me quod hominem feci super terram.
non permanebit spiritus meus in homi
ne. quia est caro. Post hec ingressi
sunt filii dei ad filias hominum et ge

nuerunt ex eis gigantes super
terram. et facti sunt atrocissimi
super cunctos hominum qui ha
bitant super terram. Et tunc
precepit dominus noe ut faceret sibi
archam. et induceret uxorem
eius. et tres filios cum uxoribus eorum.
quos reseruauit in archa in inun
datione diluuii. Et factum est dilu
uium super omnem terram. et tulit
noe ex omni anima uiuente tam
in uolatilibus quam et bestiis. et om
nia que erant super terram. que in ar
cha reseruata fuerunt. Anno sex
centesimo primo. egressus est noe
de archa cum omnibus qui fuerant cum
eo. Tunc offerebat noe holocaus
tum domino. benedixit noe et filiis
eius. Sexcentesimo et duodecimo
anno uite noe in tercio milliario
seculi. reedificare cepit noe et filii eius
nouam possessionem in terra. et
appellauerunt regiones illas tamnon
secundum nuncupacionem numeri. qui
exierunt de archa. idest octo. Trige
simo autem anno in tercio milliario
seculi. genuit filium et uocauit no
men eius ionitum. Anno trecesimo
et quinquagesimo post diluuium cecidit

noe terram eotham. id est orientem
in campum nationum filii ionithi.
et mortuus est noe cum comple
ti sunt dies eius .i. anni nongenti
quinquaginta. Post obitum noe ue
nerunt filii eius in tertio miliario
seculi et descenderunt in terram senna
ar. ceperunt turrim edificare cuius
cacumen pertingeret ad celos
et illic diuisit deus lingua eos qui
facere ceperant. et dispersi sunt
super faciem totius terre. diuisi sunt
super omnem terram. Ionitus fi
lius noe intrauit in terram eotha.
i. orientem unde sol oritur. et habita
uit ibi. et accepit a deo sapienti
am. et omnem astronomiam et hy
storia celi ille inuenit. Sem filius noe
accepit terram asie. Cam terram me
ridianam. que est pars australis usque
ad occidentem. Iaphet intrauit contra
aquilonem usque ad occeanum mare. et di
uisi sunt per omnem terram. Ionitus
filius noe. ipse erudiuit nembroth
uirum gigantem et robustum uenatorem.
Et ipse nembroth post diluuium
edificauit ciuitatem que nuncupata
est babilonia. Anno septingente
simo in tertio miliario. edificata est

babilonia magna. Post hanc autem
fecerunt sibi regem filii cham. cui nomen
erat pontubus. qui tenuit pontum.
et ex eo nomen accepit. Postea miserunt
iaphet ad ionitum uiros et artifices
architectone constructores. et uene
runt in eotham ad ionitum et edifica
uerunt illi ciuitatem. que nuncupata
est ionita. et erat pax inter regnum
nembroth et regnum pontubi filii
cham. Dehinc contra se inuicem.
rebellare ceperunt. Audito hoc
ionitus scripsit epistolam ad nembroth
qui tenebat babiloniam. Hoc erat
scriptum. Quia regnum filiorum iaphet.
hinc incipit delere regnum filiorum
cham. Hec prima certamina apparu
erunt inter regna et regna. super
terram. Anno octauo in quarto mille
nario seculi. semper pugnabant
uirili pugna. et uictum est regnum
cham. a regno nembroth. Et obti
nuit nembroth principatum. usque
ad cuius hereclem regem. qui te
nuit hereclem. Herecles autem
ipse concremauit regnum cham. et
captiuauit omnes qui erant habitan
tes iebuseos. amoreos. palestinos.
et afiros. qui erant ad occidentem. Postea

crescl' ex chusdrũ genuit regem.
Congregauerũt se aũt filii cham
trecenti. uiginti milia peditũ. Au
diens aũt chusdro. dimisit eos us
q; dũ trãsisset fluuiũ tygrum.
Tũc misit chusdro rex suũ exer
citũ cũ elephantis. & interfecit eos
oms. & nõ remansit ex eis quisquã.
Ex tũc amaricata sũt regna orĩt
se inuicē. Uicesimo quinto anno. in
quinto millario temi. descendit sa
mi sab rex de cocham cũ exercitu
magno. & depopulauit multas
ciuitates. i. septuaginta & octo
regionis illius. & pertransiuit us
q; ad terciũ regnũ indorũ. Postquã de
inchia fuit reuersus uenit in ara
biam. & exiit in desertũ sabaa.
in t'ra hysmaelitarũ. ibiq; deuictus
est samisab rex a saracenis. & ceci
derũt in multa milia & fugerunt.
Et tũc primitus exierũt filii hysma
el de heremo bellis c'tare. & intrierũt
in regna gentiũ secũdũ quod promisit
deus hysmaeli. quod e regione fr̃m
suorũ figeret tabernacula. Erant
castra eorũ multitudo magna.
Ceperũt q; pugnare contra orienta
lem t'ram & meridianã. Ceperũt

& posuit i castra in t'ra filiorũ ysmaelitarũ.

q; desolant urbes & fecerũt s' nauigia
& uenerũt usq; in regiones occiden
tales. p'pe romã & cõuati sũt t'ris.
Eo tempore inmunda corpora ede
bant. i. carnes camelorũ. & bibebãt
sanguinẽ iumentorũ mixto lacte.
Tunc fecerũt s' de ipsis. iiii. principes
oreb. & zeb. & zebee & salmana. Eũq;
intrasset super filios israhel. percus
sit eos dñs ibidem. & tradidit eos
in manu gedeon filii iohas. Fuerũt
aũt ibi cesi centũ quadraginta milia
& ceciderũt ibi principes eorũ. & perse
quens eos gedeon usq; eorũ patriã.
Liberauit q; ds filios isrl' a seru
tute filiorũ hysmael. Futurũ est
aũt ut faciant aliud simile. & desti
tutam faciant t'ram & obtineant
orbem t're. & regiones alias ab ortu
usq; ad occidentẽ. a meridie usq; ad
aquilonẽ. & usq; romã. & erit iugũ
eorũ grãue super ceruices gentiũ. & nõ
erit gens aut regnũ quod eos possit ex
pugnare. usq; ad numerũ tempor
illorũ. Et postea deuincent a xanis.
& regno romanorũ filii hysmahel
subicient. & erit magnificũ reg
nũ romanorũ sup cũcta regna gẽ
tiũ cũ certi fuerit a romanorum

imperio. Nonne annos multos
regnauerunt et ipsi a romanis af-
flicti fuerunt? Babilonii IIII.
milia annorum regnauerunt et ipsi
a romanis afflicti fuerunt. Ma-
cedonum et regnum parthorum afflixe-
runt armis. Scitos et Indie eis suppli-
ces fuerunt. Afros. Spanos. Gallos.
Germanos. Suauos. Britones. belle-
ricos. armis adquisierunt. Sic iterum
surgent filii hismahel de heremo
et resistent regno romanorum. quod
scriptura commemorat. Australia
brachia Daniel predixit et confregerunt
regnum. In nouissimo autem septimo
milliario seculi exient filii hisma-
hel de heremo. et erit aduentus
eorum castigatio sine mensura. et sine
misericordia. Et tradet deus in manus
eorum cuncta regna gentium propter peccata que
operata sunt contra precepta dei. Ideo
tradidit nos deus in manum barbarorum
quia obliti sumus precepta dei. Faciunt
enim tam multa illicita quia maculant
semetipsos. quod turpissimum est ad dicen-
dum. Propterea tradet eos deus in manus
sarracenorum. Persida erit in captiui-
tate et occisione. Capadocia in capti-
uitate et occisione erit. Sicilia

in iugulatione erit. Terra Syrie
erit in solitudine. et eius habitato-
res captiui ducentur. Silicia similiter
et habitatores eius gladio peribunt.
Grecia in occisione erit et captiui-
tate. Affrica erit similiter. Egyptii
et orientales et Asia erunt sub tribu-
to grandi in argento et auro. Hispani
a gladio peribit et captiui ducentur
habitatores eius. Gallia. Germania
Agothania. uariis pluribus deuorate.
multi ex eis captiui ducentur.
Romani in occisione erunt et missi
in fugam. Insule maris erunt
in dissolutione. Et obtinebunt filii
hismahel introitum ab aquilone et ori-
ente et meridie et occidente. Et reple-
bitur ierosolima de cunctis gentibus
que captiue ducentur. et replebitur terra
repromissionis de omnibus gentibus.
Et erit iugum eorum graue super omnes
gentes. Et erunt omnia sub iugo eorum et
tributo et omnia ornamenta diuitum
eorum erunt. et que fuerunt in ecclesia sanctorum
siue aurum aut argentum. siue la-
pides preciosi et omnia ornamenta
ecclesiarum eorum erunt. Et distribuentur
ministeria dei et erunt sacerdotes sicut
populus. quia ecclesie incendio crema-

buntur. et erit destructio multa. et
proicient corpora eorum in plateis. eo quod
non sint qui sepeliant. Et erit ita sara
cenorum a mari usque ad mare. et erunt
regiones sine via. et vocabitur via
eorum via angustie. et conterentur simul
iuvenes et senes, divites et paupe
res cum afflictione gemitu et dicent.
Beati sunt illi qui de hac luce nos pre
cesserunt. Sicut beatus paulus apostolus dixit.
Cum venerit dissensio primum et reve
latus fuerit homo peccati filius perdi
tionis. Quod est aliud dissensio. nisi
disciplina. qua corripientur universi
habitatores terre. a filiis hismahelis.
Propterea onagrum eos appellavit is
maelem patrem illorum. Propter hoc in
dissolutionem trahent omnem terram.
et erunt urbes multe deserte. Non
enim sunt homines isti. sicut alie gentes
sed sunt filii de heremo venientes. et sunt
hominibus odibiles. Audi inunda
tionem eorum quando de heremo exierunt fu
erunt. Mulieres habentes in ute
ro partus. simul interficient gladio.
Sacerdotes in locis sanctorum interfici
ent. In ecclesia sanctorum cum mulieribus
concumbent. et sacris ecclesiarum vesti
mentis induent. ipsi et uxores

eorum. Iumenta eorum ligaturi sunt
ad sepulcra sanctorum tamquam ad prese
pia. et erit tribulatio magna super
christianos. qui habitant super terram.
et tunc apparebunt qui sunt fideles
in christo credituri. Non enim propterea
misit deus has tribulationes super
christianos. ut iniusti deleantur qui in christo sunt
crediti. sed ut manifestentur qui in
christo erunt fidelissime credituri
sicut ipsa veritas dicit. Beati eritis
cum persecuti fuerint vos propter nomen
meum et reliqua. Sic enim persecuti
fuerunt prophetas qui fuerunt ante vos.
Sed qui perseveraverit usque in finem.
hic salvus erit. Et post tribulationem
dierum que facta erit a filiis hisma
hel. dissoluta erit omnis terra ab
eis. Et erunt amicti ornamentis
ex auro. et purpura et splendidis vesti
mentis. tamquam sponsi dicentes.
Nequaquam se possunt christiani eripere
de manibus nostris. et gloriabuntur
in suis victoriis et dicent. Ecce vicimus
terram in fortitudine nostra et omnes
qui habitant in ea. Tunc recordabi
tur dominus deus secundum misericordiam
suam quam repromisit diligentibus se.
eos qui in christo sunt crediti. et liberabit

eos de manu Saracenorum. Surget autem gens Francorum et prelabitur civitates et occidet eos gladio, et captivas ducet mulieres eorum et infantes eorum interficiet. Et descendent filii Ismahel in gladium et tribulationem et afflictionem, et reddet illis dominus mala que ipsi fecerunt aliis. Et irruet super eos malicia septies tantum quantum malus gesserunt, et tradet illos dominus in manus Francorum, et erit regnum Francorum exaltatum super omnia regna. Et imponent Franci iugum super eos grave, et erunt servi qui remanebunt. Et tunc pacificabitur terra que ab eis fuerat destituta, et qui captivati fuerant ab eis revertentur in terram suam et multiplicabuntur homines super terram. Et erit indignatio magna regi Romanorum super eos qui Christum negaverunt. Egyptii et Arabes Christum negaverunt. Et erit pax et tranquillitas magna super terram, qualis non fuit antea neque erit similis post illam, pro eo quod in fine seculorum erit. Et erit pax et leticia super omnem terram, et requiescent a tribulationibus suis. Hec erit illa pax de qua dicit apostolus: Cum fuerit tranquillitas et securitas, tunc veniet repentinus interitus.

Et erunt homines in diebus illis sicut erant in diebus Noe, edentes et bibentes, id est ad nuptias tradentes, et non erit timor in corde eorum. Ita erit. Adveniet Gog. Et cum fuerit ista pax, tunc desolabuntur porte Caspie in lateribus aquilonis. Et gens ille cum Gog et Magog et concutietur omnis terra pre timore eorum, et expavescent omnes homines habitantes in terra, et abscondent in montibus et speluncis a conspectu eorum. Ex progenie cum sunt Iaphet et exiet plaga aquilonis. Carnes hominum comedent et serpentes et iumenta. Mulieres que cum pariunt hii manducabunt, et nullus erit qui possit expugnare illos. Post vii annos temporum illorum, cum comprehenderint civitatem Iosephen, immittet deus unum de principibus suis et percutiet eos cum fulgure et igne sub uno momento. Et veniet imperator Grecorum et sedebit in Ierusalem septem annos. Et tunc apparebit filius perditionis qui dicitur Antichristus. Nascetur autem in Corozaim et nutrietur in Bethsaida et regnabit in Capharnaum, sicut dominus dixit in evangelio: Ve tibi Corozaim, ve tibi Bethsaida.